

CANCELL:  
MARTIS B.  
1717:

X für OT L





A et Ω.  
DE

# ΟΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑΙ

CONSENSV

INCLYTI PHILOSOPHORVM ORDINIS

PRAESENTE

M. PHILIPPO OLEARIO,

GRAEC. ET LATINAR. LITTERAR. P. P.

AD D. IX. DECEMB. CIC CCCC XIII

PVLICE DISSERET

IO. FRIDERICVS STEINDORFF

PH. BACC. CYGNEA MISNICVS.

---

LIPSIAE,

LITTERIS IMMANVELIS TITII.

*NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, EXCELLEN-*  
*TISSIMIS, CONSULTISSIMIS,*  
**DNN. CONSVLIBVS,**  
**SYNDICO, PRAETORIBVS,**  
RELIQVISQUE  
**COLLEGII SENATORII**  
**CYGNENSIS ASSESSORIBVS**  
GRAVISSIMIS  
**DOMINIS MEIS ac PATRONIS**  
OMNI ANIMI SVBMISSIONE AETER-  
NVM COLENDIS  
**STVDIORVM ACADEMICORVM**  
PRIMITIAS  
**DEBITA OBSERVANTIA**  
OFFERT  
RESPONDENS.  
**IO. FRIDERICVS STEINDORFF,**  
*CYGNEA MISNICVS.*



I quis superstitionis Paganorum cultus  
paulo penitus perlustrauerit, ille non po-  
terit satis mirari, qui factum fuerit, ut  
cum iudice Apostolo Paulo, τὸ γνωστὸν  
τε Θεόν sit φανερός in hominibus, siqui-  
dem Deus iis patescerecet; nihilo scius  
tamen non solum a cognitione vnius  
veri Dei in multitudinem tam foecun-  
dam et prodigiam discesserint, verum  
etiam, id quod ineditoilem Dei gloriam ad summam vilitatem  
deducit. Deum ferali ausu, quasi sui similis sit, repraesentare  
annisi fuerint in imagine visibili, vel animalis vel hominis, quod  
Apostolus iam dictus hisce verbis nobis ob oculos ponit: καὶ ad Roman. c. 1.  
ἢ διάξεον τὴν δόξαν τε αὐθίζεται θεόν. φαστε v. 23.  
καὶ φαντασία, καὶ πετενῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἐρπετῶν i.e. multa-  
runt gloriam incorruptibilis Dei in efformiam imaginem mortalis  
hominis et volucrum, et quadrupedum et reptilium. Quem fu-  
torem neque lumen naturale apud Ethnicos, neque lumen re-  
uelationis apud Iudeos reprimere valuit. Nam quod ad po-  
steriores attinet, hi quoque testante Hieropalte, mutarunt glo-  
riam suam i.e. Deum, qui ipsorum gloria et decus esse de-  
bebat in similitudinem bouis manducantis herbam: Quod  
de vitulo fessili intelligit, quem in deserto sibi formaue-  
rant ex auro, et hinc dicit, illos oblitos Dei saluantis ipsos: id  
quod tanto magis peruersam huius populi stupiditatem arguit,  
quod contra Dei præceptum nuperissime illis promulgatum

psal 106

A 2

cum

## DISSERTATIO

eum in idolo colere vellent, quasi ut in eo veri haberent symbolum numinis, quemadmodum falso gentiles gaudenter: hoc que eo fine exoptasse, ut isto symbolo praesente et praeceunte signum haberent praesentis et praeceuntis Numinis. Sed quanta haec sit stultitia incorruptibilem comparare cum corruptilibus, vt pote inter quae nullum proflus cogitari possit ὄφεις, iam Deus disertis verbis ipsiis inculcauerat. Cum itaque Istrælitæ, de quibus constat, ὅτι ἐπισεύθησαν τὰ λόγια τῆς Θεᾶς, eo dementiae prolapsi sint, neque vllis obtestationibus et comminationibus Dei et Prophetarum ab hoc nefando scelere deterri potuerint: minus erit mirum, Ethnicios divinae reuelationis luce destitutos in idem incidisse lutum. Evidem ipso quoque

Quæst. Tusc. I. sana ratio dictitat, Deum esse mentem, ut Cicero loquitur, segregatam ab omni concretione mortali: Hinc quoque Antisthenes ap. Clem. A. recte iudicat: *Deum nulli similem est; ideoque ex imagine disci non posse.* Et Plinius effigiem Dei formamque quaerere, imbecillitatis p. 35. et Strom. Plin. Hist. nat. humanae putauit. Neque solum praefantissimi quique Philosophi, quorum testimonia ab Huetio et Pfannerio adducta legi possunt, hanc veritatem agnovere, verum etiam de tota Per-Alnet. T. 2. c. 2. Tob. Pfanner. syst. Theo. gentil. c. 2. 9. 19. strum. gentil. c. 2. 9. 19. Herodot. I. 1. Strab. I. XV. p. 503. Cic. de legibus I. II. c. 11. Tacit. de moribus Germanis. v. August. de Civ. Dei IV. 31. XVIII. 24.

*ποίουσιν ἀγάλματα μαρτυρίην Θέρετρον, δέρτεν εἰς αὐθεντοφύειαν εὑρίσκουσι τὰς Θεάς, καθάπερ οἱ Ἑλλήνες.* Cicero etiam Xerxem auctoribus Magia inflammasse templum Graeciae ait, *quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse parentia, ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset et domus.* Idem quoque de Germanis nostris testatur Tacitus, nec cobibere, inquiens, parietibus Deos, neque in villam humani oris speciem assimilare ex magnitudine coelestium arbitrantur. Quin etiam de antiquis Romanis, cum nondum a vietiis gentibus deuidisti, nec illorum opinionibus et sacris imbuti aut corrupti essent, doctissimus Romanorum Varro et Plutarchus memoriae prodiderunt, illos nimurum centum et septuaginta annos Deos sine simulacro coluisse. *Quod si adhuc, inquit, mansisset, castius Dii obseruarentur;* cuius sententiae suae testem adhibet inter caetera etiam gen-

tem

## DE ΟΦΙΟΛΑΤΡΙΑΙ

5

tem Iudeam: Nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat: *Qui primi simulacra Deorum populis posuerunt, eos civitatis suis et metum densissime et errorē addidisse.* Vt haec Varro-nis fragmentā apud Augustinum de Civ. Deileguntur, quae Plutarchus in vita Numae confirmat, cuius verba sunt memo-ratu digna, atque ideo adscribere non pigebit. *Ἐτὶ οὐ δὲ διεκάλυψεν αὐθεωπειαῖς καὶ ἔωμορφον ἐποντα Θεὸν Ρωμαῖοι νομίζειν, εἰδὼν ποσὶ σώτοις ἐτε γραπτὸν ἐπει πλαστὸν ἐπὶ Θεῷ πρόστερον, ἀλλὰ ἐπει τὸν ἐβδομάρχον τοις πρώτοις ἐτει νοέσι μὲν ὀποδομέμενοι διετέλειν καὶ πολιάρδας ἱερᾶς ἱερῶτες, σύγχρονο δὲ ἐδὲ ἔμμορφον πορεύοντες τετέλεσν, ὃς ἐτει ἕπονται φοροῦσιν τὴν βελτιόνα τοὺς χειρούς, ἐτει ἐφάπιεθαι Θεὸν δυνατὸν ἀλλὰς η νοήσει. i.e. Hic vetus Roma-nia homini vel bestiae formam tribuere Deo, neque fuit illa apud eos ante vel picta vel scita imago Dei, sed primos centum et sexaginta annos tempia extruxerunt et cellas Diis, simulacrum per id temporis nullum habuerunt, nefas putantes augustinora exprimere bu-milioribus, neque aspirari ad Deum aliter quam mente posse. Imo et apud Aegyptios testatur Lucianus in libro de Dea Syria: *prīcis temporib⁹ etiam absque simulacris tempia fuisse.* Quamuis autem haec ita sese habeant, vt gentes adductae vanitatem cultus idolorum ex lumine naturæ satis agnoverint, tamen inter illas quoque paulatim vnius Dei notitia obsoleuit, et Deorum pluralitas inuecta est, et propter easdem causas quoque extera idolatria introiunissa, quae potissimum per simulacra se exerit; Hinc nullam temere gentem reperias, quae non iuxta supra allegatum Apostoli Pauli effatum, mutauerit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis homi-nis et volucrum et quadrupedum et serpentium; ita vt facile credas, homines omisso vero Deo, cum sine numine viuere non possent, in solatium sui omnia extra se pro Deo adopta-se, et potius, quam sine Deo essent, insanissima etiam cerebri sui figmenta *θεοτοῖσσι* maluisse. Hinc tot monstra idolola-triae enata fuerunt et tot prodigiosae formae, in quibus Deos vel potius daemonia coluerunt. sic Moloch sub imagine Tauri habentis manus, Dagon sub figura semihominis ac semi Piscis, et Beelzebub Deus Accaronensis in statua habente caput Canis,*

A 3

lupi

## DISSERTATIO

lupi atque leonis repraesentabatur. Quo iure merito *φιλαργέτειν*  
sive cultum serpentum referas, de quo in praefens paulo fuisus  
differere in animum induximus, id quod Deus optimus Maximus  
feliciter cedere jubeat!

II. Quod itaque ad originem cultus serpentum attinet,  
omnino toti cohorreamus necesse est, si nobiscum repudiemus,  
infernalem genium rem apud homines eo deduxisse, vt  
talem consecraverit formam, sub qua Euae apparuerat, et de-  
fectionem a Deo ipsi persuaserat, quo ipso non solum primos  
parentes, sed totam quoque ipsorum posteritatem temporali-  
bus et aeternis misericordia nunquam satis deplorandis inuolue-  
rat; quam ob causam Deus non illi solum sed et serpenti, iusto  
iudicio, maledixit, tanquam instrumento seductionis, quo in-  
fensus humani generis hostis ad hoc nefandum facinus perpe-  
trandum malitiosissime abusus fuerat. Vnde etiam mox ab  
initio mutuum inter serpentem et hominem odium capitale  
enatum est, quam inimicitiam ipse summus Deus constituit in-  
ter mulierem et serpentem, et semen mulieris et serpentis, et

*Bochart. Hieroz. P.I.I.c.4. p.30.* cuius odii ratione, observante Doctissimo Bocharto, Hyperides  
in oratione contra Demadem scribebat, *τὸς ὁ φει μοντάς εἴνειν*  
*Theocr. Idyll. νούτρας, οδίῳ dignos esse serpentes omnes et Theocritus,*  
*XV.*

*'Εν πεντέ τὸν ψυχὴν ὁ φει μάλιστα δέδωναι*

*Aet. 4.*

Ateneris fuit horrori mibi frigidus anguis  
Plautus etiam in mercatore, *nempe ruri est uxor tue, quam dudum*  
*dixeras te odisse aequre atque angues.* Hinc Artemidorus, *ὅς τις ἔχ-*  
*θρειν ἐπόγει, ἐπώς δὲ τὸν διαβῆτα τρεῖς ἔρως καὶ ὁ ἐψήφος τὸν λόγον*  
*διαθήσει. Serpens in somnis visus inimicitias conciliat, quomodo-*

*Onirocrit. l. 2.* *cunque igitur aliquem (in somnis) divexauerit, eodem modo quis-*  
*quis viderit, ab hoste infestabitur.* Hinc denique Theophrastus  
in characteribus Ethicis sive morum descriptionibus, *τὰ δῆ-*  
*τῶν οὐτῶν μηδέπλακα αἰδοῦς πιθελατεῖν μᾶλλον δει, ή τὰς*  
*τύχεις.* Mores qui non sunt simplices, sed insidiosi, fugiendi plus  
quam viperae. De quo odio inter hominem atque serpentem

*Epiph. Physiol. c. 14. p. 209.* intercedente hoc quoque obseruat Epiphanii Physiologus,  
quod, cum ab homine vestito fugiat, cum eundem nudum vi-  
det, *κατοδηγεῖς αὐτῷ illum aggreditur confidenter, quamvis con-*  
*trarium*

DE ΟΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑΙ

7

trarium alii diserte doceant, sic enim Eustathius in Hexaemero,  
 ἐν δὲ γραμμὸν θεόντε πάθεωπον, & πρόσεστον εἰ δὲ ἐνδεδυμένον, εἴ-  
 φάλλεται. Hominem nudum si aperixerit, non adit; sed si vestitum  
 viderit, aggreditur. Hieronymus, vel quisquis auctor est epi-  
 stolae ad Praesidium sub Hieronymi nomine, *Coluber*, inquit,  
*nudum hominem timeret, vestitum prosequitur.* Isidorus itidem hoc *Iisd. l. 12. c. 4.*  
 confirmat: *Fertur, inquiens, quod serpens hominem nudum non sit  
 ausus attingere.* Quin etiam Olaus ad propriam experientiam  
 hac in parte provocat. *Fauorabile, inquit, verbum Isidorus de  
 natura serpentum profert, quod hominem nudum et dormientem nun-  
 quam ledat: idque mibi, in pueritia et adolescentia, serpentibus sine  
 laesione saepissime congrederint, contigit.* Quae vltima narratio de  
 serpentibus, quod scilicet conspectum nudi hominis ferre neque-  
 at, si veritati consentanea sit, forsitan haud incongrue eo referri  
 posset, quod serpens quasi per instinctum naturae adhuc recordat illius diei infausi, quo cum Adamo et Eva nudis coram Iude  
 dice supremo comparuit, vt iusta poena propter admissum faci-  
 nus ipsis irrogaretur.

III. Quae cum ita sint, vt homo atque serpens naturali hor-  
 rore se mutuo auersentur, haud iniuria vniusquisque obstupescat,  
 quod nulla fere bestia magis diuino cultu affecta, aut cui plus di-  
 uinitatis tributum fuerit. Adeo vsque draco ille magnus, ser-  
 pens antiquus, qui Diabolus et satanas appellatur, qui totum  
 orbem decipit, miserorum mortalium mentes, postquam se-  
 mel per peccatum in regnum tenebrarum pertraxit, excoecare  
 potuit. Hinc facile animum induco, vt credam, hanc  
 ipsam magni draconis sive Daemonum Principis, qui  
 inter Daemones aequem eminet ac in vulgo serpentum  
 magnus Draco, fuisse intentionem, vt per hunc serpentum cul-  
 tum oraculum Dei falsum reddere allaboraret, quo pronunciaue-  
 rat: *Ponam inimicitiam inter serpentem et mulierem atque semen-  
 eius.* Prius tamen quam vterius prouehamur, haud abs refu-  
 erit diuinias illas virtutes serpentibus tributas paucis considerare.  
 Spirituale, itaque et igneum maxime naturam serpentibus tri-  
 buit antiquissimus ille Taautus apud Euseb. l. I. Praeparat. vbi  
 Draconem tradit esse πνευματικῶν τὸ ζῷον πάγτων τὸν ἐρ-  
 πετῶν

c. 10.

## DISSERTATIO

πετῶν καὶ πυρῶδες. 'παρὰ δὲ καὶ τάχος αὐτοῦ βληγτον διὰ τὸ  
 πιεύμαστον παρίζησι, χωρὶς ποδῶντε καὶ χειρῶν, οὐδὲ τὸν τὸν  
 ἔξωθεν, ἐξωτερικὸν τὰ λοιπά σῶα τὰς κανήσεις ποιέται καὶ ποιάλων  
 χημικῶν τύπους ἀποτελεῖ, καὶ κατὰ τὴν πορείαν ἐλικοεδῆς ἔχει  
 τὰς ὄφας, ἐφ' ὁ βάλεται τάχος. Omnium reptilium maxime  
 spiritualis et ignea et naturae, unde est, quod per solos spiritus eximi-  
 am celeritatem consequitur, absque manuum aut pedum, aut exterio-  
 ris ullius organi adiumento, per quae reliqua mouentur animalia; et  
 in variis figuris se conformat, adeoque inter gradientum flexuoso-  
 fertur impetu quamlibet citissime. Prudentiam ipse Seruator no-  
 ster serpentibus tribuit, eamque discipulos suos imitari iubet:  
 Cuius quidem prudentiae duplex modo specimen affert Epiphanius; quod nempe Caput protegat atque venenum bivi-  
 turus exprimat his verbis: οὐδὲν δέ ἐν τῷ ὅφει φρόνιμον, πλὴν δύο  
 τέτων. οὐδὲν ἐν τῷ διώκεδαι γυναικῶν, οὐδὲν τῇ κεφαλῇ ἀντεῖη πά-  
 σα σῶιν ἀντεῖη τυγχάνει, καὶ δεῖνων τὴν αὐτοτέραν προς αὐτὸν εἰρη-  
 μένην αὐτὸν τὸ θεῖον διὰ τὸν σύθεωπον προσαγγίνη, οὐδὲ φυλακεῖς ἀντεῖη  
 κεφαλὴν, αὐτὸς δὲ σε πλέγεται. Εἶναι τὸ σῶμα ἑνεκῆσας ἐπὶ τῷ  
 κεφαλὴν ἀντεῖη κρύπτει μὲν τὸ κράνιον ἔσωτε, παραστίδων δέ τῷ ἄλ-  
 λῳ σῶμα ἐν ὑπερβολῇ πανεργίᾳ. Ετερον πάλιν ἔχει φρονιμώτα-  
 τον δὲ φίσι, ὡς φασὶν δι. φυσιολόγοι περὶ τέτω τὸ φαλεῶν πάντα πίη, εἰς συμπαρε-  
 λαγθόντα τὸν λόγον μετ' ἔσωτε, οὐδὲν ἐν τῷ φαλεῷ παταλιμπόνει.  
 Καὶ εἴ τοις ἐλθὼν λαμβάνει τὸ πῶμα τῶν οὐδάτων. Nullum in ser-  
 pente, praeter duplex illud prudentiae specimen appetit: primum  
 quod appetitus ab aliquo, cum in capite vitam omnem suam residere  
 sentiat, atque decretum illud verius, quod proper hominem Deus o-  
 lim in se pronunciavit: Caput ipsius obseruabis, ille Tibi calcaneum;  
 rito in caput complicato corpore, illudque protegens et occultans sum-  
 ma calliditate reliquum corpus opponit. Ineſt vero et alterum in ser-  
 pente prudentiae genus, ut de eo Physiologi testantur. Cum enim a ca-  
 uea sitiens ad aquam bibendi gratia proreptit, virus secum non affert,  
 sed in latibulo relinquit, itaque ad potum egreditur. Sed  
 Epiph. Physiol. ipse Epiphanius in loco allegato alia duo prudentiae ser-  
 pentinæ argumenta profert, quorum unum in eo consi-  
 stit, quod, vti iam supra commemorauimus, hominem vesti-  
 tum

Haeres. 37.

Epiph. Physiol.  
 c. 13. seqq.  
 p. 206.

## DE ΟΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑ.

tum fugiat, eundem nudum confidenter aggrediatur. alterum, quod, cum senium praesensit, quaerat petram et ~~φρυγαδάσεις~~, προκύψεις δὲ διὸ τῆς ὀπῆς, οὐέται περίστοι καὶ ἐνβολλεῖ τὸ γῆρας. in rimam se insinuat: pronusque per foramen transfire nititur, et senectutem exiit. Quibus calliditatis et prudentiae serpentinae documentis addi potest, quod homines insidiis et occulte adoriantur. Vnde Aristoteles tradit, serpentes esse μοίλαζε Hist. l. i. c. 10. ἐπιβόλης maxime insidiosos: item quod Plinius de iis scribat, an- Hist. nat. l. 8. guem hyberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo c. 27. impedimentum illud exuere, nitidumque vernare. Exuere autem a capite primum, nec celerius quam vno die ac nocte repllicantem, ut extra fiat membranae, quod fuerat intus. Eundem hyberna latebra visu obscurato, marathro herbac se affricantem, oculos inungere et refouere, si vero squamae obtorpuere, spinis iuniperi se scabere. Quae omnia industria aliquam et prudentiae speciem referunt. Quid quod Psalmo scribit Pro- Ps. 58. v. 6. pheta: *aspidem surdam obturare aurem suam, ne magi vocem audias, diuini incantamentorum peritis.* Locus equidem non caret difficultibus suis alibi expendendis, sed ad propositum nostrum quod spectat, attribuitur manifester aspidi sagacitas et astutia quedam, quae incantatorum artes fallat.

IV. Hacc et alia haec tenus commemorata coecis paginis forsitan facile persuaserunt, serpentibus aliquid diuini inesse, et propterea diuino cultu affici debere. Sed iam tempus erit, ut ad ipsas gentes, apud quas serpentum cultus vsu receptus fuit, progrediamur. Apud populum igitur Iudaicum cultum serpentis aenei comprehendimus, quem post historiam temptationis primorum Parentum, vbi Daemon se occultauit sub forma serpantis, de quo Moses dixit, quod *serpens esset omnium terrestrium bestiarum versutissimus*, primariam causam esse existimamus, ut ὁ Φεολατρέας ad alias quoque gentes manauerit. Equidem de historia et circumstantiis, quae Mosi occasionem serpentem aeneum erigendi suppeditarunt, nec non de mysterio eiusdem, quatenus typus Christi fuerit, nolumus hic prolixè agere, siquidem tum ab instituto nostro id alienum foret, tum quoque alii Viri Doctissimi, nimirum Bocharti, Buxtorffii, Sauberti, Mœbii alii- Bochart. P. II. que Hieroz. l. 3. c. 13.

## DISSERTATIO

que hoc argumentum ex professo pertractauerint, ad quos cupidos Lectores iam ablegamus. Ut breuiter tantummodo summam historiae repetamus, ea huc credit: Israelitae murmurantes aduersus Deum et Mosen, et contemptim loquentes de coelesti Manna, in ingentem Numinis indignationem incurserunt. Hinc immisit iis serpentes, qui morderent populum, et foeda strage plurimos confestim interimerent. Serpentes hos שְׁרָפִים scriptura nominat: quod nomen ab *Visione* factum cum nobilissimi Angelorum commune habent. ita autem vocantur, quia flammam ex ore suo spargunt et veneno suo halitu vrunt. Sane et Graeci πενηντας et καύσωνες quosdam serpentes ab ardore appellant. An vero per *Saraph* hic Hydrus vel Cherydrus, quod Bocharto in primis probabile videtur, innuat, neque admodum est certum, neque, vt sciamus, nostra multum interest. Illud potius memoratu dignum est, quod misericordia diuina eiulatibus atque precibus Israëlitarum expugnata salutare ipsis signum, cuius beneficio pristinam recuperarent sanitatem, proposuerit. Nimirum iussu Dei extructus a Mose et perticæ impositus serpens aeneus est: eofine, vt, quisquis illum ita in sublime erectorum intueretur, aduersus mortiferos serpentum morfus certissimam inueniret medelam. Quod et euentus luculenter comprobauit.

V. Hanc curationem plane miraculosam atque typicam fuisse, id quod Theologi pluribus persequuntur, extra controveriae aleam possum est. Hinc maximopere miramur temeritatem tam nonnullorum Rabbinorum, qui affirmare non erubescunt, hunc aeneum serpentem fuisse figuram talismanicam sive magicam, ad imitationem Aegyptiorum certa singularis constellationis hora a Mose Astrologo scientissimo confectam, vnde is omnem sanandi vim ex sideris, sub quo et ad cuius figuram fuerit conflatus, influxu ac operatione recepit. quemadmodum ex *Nubiensi Geographo* de vrbe Emyesa narrat Bochartus; quod ita sit talismanizata, id est talibus τελεομοσι, vel figuris talismanicis instruenda, vt nulli eam serpentes aut scorpiones ingrediantur, quin, si ad portam ciuitatis inferantur, statim expirant. Cuius generis etiam illa statua et ad imitationem serpentis

## DE ΟΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑ.

ii

tis aenei conficta fuisse videtur, cuius annales Turcici mentionem faciunt. Nimirum cum Mahometes, capta Constantino-  
poli hinc inde per urbem obequitaret, obstupescens inusitatas ae-  
dificiorum formas et in Atmin danem peruenisset, columnam ibi  
lapideam vidit, cui triplex impositus erat serpens aheneus, idem-  
que triceps illum conspicatus, quidnam hoc esset idoli quaeſiuit,  
ſimul in eam contorta magna vi clauſ ferrea, vni de tribus illis  
capitibus serpentiniſ labrum inferius comminuit. Quo facto  
mox serpentes in vrbe magno confaci coepere numero. Qua-  
propter auctores ei fuere quidam, vt miſum deinceps illum fer-  
pentem faceret, quando per id ſimulacrum effectum fuifet, vt  
ſerpens in vrbe nullus eſſet. Hinc ea columnna in hodiernum  
diem adhuc durat: Et quanquam vnius ahenei serpentis inferi-  
ore labro deiecto, ſerpentes in vrbe venerunt: nocere tamen  
nemini poſſunt. Huiusmodi igitur figuram talismanicam ſer-  
pentem aeneum itidem fuifet, inter recentiores quoque Io. Mars-  
hamus contendit, quam artem Mofen ab Aegyptiis accepiffe af-  
firmat, vt pote de quibus Aelianus referat: μαγεία τωι ἐπιχώ  
ρησις ὁρίδει ἐν τῷ ἔργῳ καταφέρεσι; τῶν δὲ Φωλεῶν τεστά  
φοις, ἐπανοίδεις τοις καταγοντεύοντας<sup>3</sup> εἴτε μάντοι προσάγουσι  
ἔργα. magica quadam ratione, illi genti propria, aues de coelo de-  
ducant: arque ſerpentes carminibus quibusdam primum incantatos,  
elatibus postmodum facilime extrahunt. Quid vero hoc aliud  
eſt, quam Mofen sanctum Dei ſeruum pro Mago et incantatore  
Aegyptiaco declarare, et miracula virtute diuina ab ipso patrata  
magicis artibus adſcribere, id quod cordatiōres quique non poſ-  
ſunt non ex animo detestari.

§. VI. Iam vero ad ipsum Cultum ſerpentis aenei pro-  
grediamur. Nimirum ſuffiebant ipſi Iſraēlitae, cogitantes, in-  
effe figurac iſti aliquid diuini. Quam Iſraēlitarum idololatri-  
am ipſa Scriptura ſacra memoriae prodidit in historia Regis Eze-  
chiae referens, quod ipſe diſſipauerit excelsa, perfregeritque sta-  
tuas et ſucciderit lucos 2Reg. 18, 4.  
וְנִתְחַנֵּנָשׁ אֲשֶׁר עָשָׂה  
מֹשֶׁה כִּי עַד הַיּוֹם תָּהִמְתָּה  
וְיַעֲרָא לְמִקְרָoit לוֹ  
Moses: ſequidem usque ad illud tempus filii Iſraēl adolebant ei in-

v. Philipp. Cap.  
merarii Horas  
fubſiſ. Cent. i.  
c. 60. p. 272.

in Canon.  
Chron. p.m.  
148.  
Hist. Animal.

*censum: vocavitque nomen eius Nekofstan.* Evidet quo tempore haec idolatria initium ceperit, certo definiri haud potest; sane eam temporibus Mosis statim locum habuisse probabile non est, quin potius, cum filii Israël, accepisse se ab aeneo serpente admirabilem medicinam et singulare beneficium meminissent, prius in hore habuisse maximo, seruasseque diu videntur: non quasi in eo aliquid existimarent esse diuini, sed tanquam beneficii cuiusdam eximii illustre monumentum. Sensim tamen ut erat populus ille levis, et ad omnem religionem pronus, ac luctricus, sicut alia paganorum simulacra ex aere, marmore, sic etiam hoc ex aere conflatum simulacrum, tanquam diuinum aliquod amplexus est, illique honores impendit diuinos. R. David Kimchi existimat, ab eo demum tempore, quo male fecerunt Reges Iudah, et Israëlitae fecuti sunt idololatriam, vsque ad illos dies, quibus regnauit Hiskias, Israëlitae suffiuerunt ei. Vbi tamen miramur, quod Kimchi ita loquatur, quasi demum sub Regibus Iudah Israëlitae idololatrae facti fuerint, cum tamen ex sacra Historia satis constet, eos multo ante idolatriam exercuisse. Hinc quoque longe verosimilius est, non demum sub Regibus Iudah, sed potius iam temporibus Iudicum mox post Iosuae mortem hunc serpentis aenei cultum ortum fuisse, siquidem nulla ratio appareat, cur peregrina iherolad adorantes, hoc simulacrum praetermisserint, cui omnia requisita competebant, quae ipsi aliquam venerationem poterant conciliare.

VII. Per satis longum itaque temporis spatium hic serpentis aenei cultus inter Israëlitas viguisse videtur. Sed pius Rex Ezechias diuino zelo incensus, ut hoc scandalum ex sua gente penitus aboleret, confringi iussit atque communui illum serpentem, ita ut nullum prioris formae appareret vestigium. Et ne quid in illius simulacri nomine, quicquam sonaret sacram aut antiquum, quod superiore memoriam, ad nefarium illum, et sacrilegum cultum renouaret, nomen mutauit antiquum, quod fortasse summis ex depulso dolore et sanato ex serpentium morsu lethali vulnere, et vocauit *Nechuschtan*, quasi diceret, in illo serpente nihil esse magnum, nihil viuum, quod ab homine prudente coli et obseruari debeat: cum nihil aliud sit, quam vile quoddam

## DE ΟΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑΙ

13

dam aes. Id enim valet *Nechustan*, quod idem significat, quod aes. Et quia *Nechustan* formam habet diminutiuam, aliquod etiam indicat vilius, quasi dicas merum aes, aut aerulum, si licet vocem nouam fingere, seu metallulum, vile nempe ac nihil. Circa hunc autem serpentis aenei abolitum cultum adhuc grauissimum oritur dubium, nimurum quaeritur, qui familium fuerit, ut Reges pii atque deuoti, qui ante Ezechiam vixerunt, vti Asa et Iosaphat, in purganda Ecclesia Iudaica occupati hanc quoque idolatriam cum aliis non fustulerint? Profecto non est probabile, temporibus Asae et Iosaphati serpentem aeneum nondum frisse adoratum, siquidem iam supra contrarium statuerimus, in primis cum verba textus diserte affirmant, quod usque ad tempora Ezechiae Filii Israël ei adoleuerint incensum, quibus satis innuitur, quod a multo tempore eum diuino cultu affecerint. Buxtorffius Buxtorffii discitat de re allegat sententiam R. Samuelis Lauiado, qui fert. ad histor. existimat, Reges pios ante tempora Ezechiae viuentes propter aeneo pepercisse, quod non commissa fuerit ab illis idolatria, qui serpenti huic adoleuerunt, eo quod id fecerint non in serpentis, sed Dei ipsis honorem, qui tam insigne miraculum per eum ediderat; quia tamen res haec idolatriae similis fuerit, et in posterum offendiculo esse possit, ad idolatriam exercendam, Ezechiam consultum iudicasse eum abolerere. Sed hanc opinionem neutiquam probare possumus, Sane Theologia Iudaica genuina et orthodoxa neciebat distinctiones in Ecclesia Romana crebro iactitari solitas de adoratione *relativa et absoluta*; neque illo tempore a verae religionis cultoribus docebatur, quod in honorem Dei statuas et imagines venerari et adorare licet. Parum quoque verosimilis est sententia R. Dauid Kimchi existimantis, Asam et Iosaphatum non extirpasse serpentem aeneum, cum reliquam idolatriam extirparent, quia dum regnarent, non deprehenderunt, quod serpentem hunc colerent, vel ipsi adolerent: itaque reliquie eum in memoriam miraculi. quis autem si bi persuadeat, hanc idolatriam ad horum regum notitiam non peruenisse, siquidem vti iam supra affirmauimus, tempore horum

B 3.

horum

Iurieu Hist.  
Critiqu. P. IV.  
c. 3. p. 746.

horum Régum et multo ante hic cultus obtinuerit. adeoque cum doctissimo Iurio longe probabilissimum esse iudicamus, Asam et Isolaphatum hoc insigne monumentum, antiquitate et miraculo a Deo per illud exhibito maxime conspicuum memoriae causa conferuare voluisse adeoque satis habuisse, populo cultum eiusdem religiosum interdicere. Ezechiam vero animaduertentem, omnes conatus hanc idololatriam extirpandi haec tenus frustra adhibitos fuisse, consultius esse duxisse eum plane e medio tolli, quam relinqui in laqueum et offendiculum publicum.

Bochart. P. II.  
Hieroz. I. 3.  
c. 14.

VIII. Aliud exemplum adorationis serpentum ex libris Apocryphis Veteris Testamenti in medium afferre possumus. Nimurum neminem latet Draconis apud Babylonios cultus. neque est, ut aliquis miretur, Draconis cultum ad ἀφιλατρίαν a nobis referri, siquidem inter omnes satis constiter Draconem esse serpentis genus, cui ex sententia Bocharti pedes, crista et alae a multis falso tribuantur, et a vulgo serpentis non aliis notis quam primo vasta mole, secundo subimento barba et palearis, tertio dentium ordine triplici, et quarto colore, qui quidem varius sit, dignoscatur. quibus ex nonnullorum sententia accedit rictus oris ingens et facultas aspiratione sua non solum aërem, sed aues superuolantes attrahendi, ac sibilus denique terribilis et aliquo modo lugubris, vnde etiam נְגָד appelletur. Huiusmodi igitur Draconem Magnum, si scripto Apocrypho de historia Belis et Draconis fidem habeamus, Babylonii religiose venerabantur. Quamuis totam rem valde dubiam reddat et fere suspectam diuersissima scriptoris eorum, quae S. codici annexa et Danielis Apocrypha dicuntur, et Iosephi Ben Gorion dicti, de hoc facto relatio. Ille sub Cyro, hic sub Dario collocat: Hic instrumenti ferrei et dentium ferratorum sub litura sulphuris et picis occultatorum et ad formam Minchae redactorum meminit, quod in os Draconis proiecit Daniel. Ille picis solum modo, pinguedinis et ex iis massae factae. Adscribere lubet verba Ben Gorionis ex Ebraeo verâ. Abiens vero Daniel a conspectu Regis parauit instrumenta ferrea instar peltinum, quibus linea

L. L. c. 10.

re-

*repurgantur, et coniunxit ea interius, tergum coniungens tergo, aculei autem eorum extra prominebant per circuitum limati et acuti, quibus vndeque adhibuit varias ciborum species, praesertim adipem, pinguedinem, et alias res pingues, Lituram quoque sulphuris et pisces opposuit ei, quibus fomentis absconditi aculei ferrei ex dentes illi serrati, habuitque formam demensi (Ebraice מִנְחָה Mincha quod est munus Deo oblatum) Cumque Daniel illud proiecisset in rictum Draconis, suscepit ipsum Draco et devorauit desiderio animae suae, at ubi descendit ad interiora ventris eius, dissoluebatur adeps et pinguedo a ferreis aculeis, et ingrediebantur acumina ferratorum dentium in viscera Draconis, atque perforabant ea, et illico coepit Draco sentire ingentem dolorem, corruensque moriuua est sequenti die. itaque huic Ben Gorioni cum altero huius Apocryphæ historiae scriptore satis male conuenit, ac praeterea subsidia et testimonia veterum vtrique defunt. vterque etiam, id quod maximum est, parum cum autore Canonico congruit, a quo longe alia memoriae prodita fuerunt. Etenim tempus Danielis in fossa detenti heic sextiduum, in Autore Canonico nox vnika statuitur. Rex, cuius iussu Daniel in fossam praeceps datus est in historia Draconis Cyrus, in Canonico Darius scribitur. Merito igitur Doctissimus Seldenus historiam illam poëma sa-  
Seld. de Diis  
*rum potius nuncupandam, quam inter signata veritatis testi-*  
Syris synt.  
*monia referendam censem, Hinc etiam iam olim Hieronymus Porphyrium, adiectionum harum praetextu Danielis etiam veram prophetiam oppugnantem sic repellit. Eusebius et Apollinaris pari sententia responderunt (nempe Porphyrio) Su-  
 fannae, Belisque ac Draconis fabulas non contineri in Ebraico, sed partem esse prophetiae Habacuc filii Iesu de tribu Leui. sicut iuxta LXX. interpres in titulo eiusdem Belis fabulae ponitur. Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel filius Abda, coniua regis Babylonis cum Danieli et tres pueros de tribu Iuda fuisse sancta scriptura testetur. Vnde et nos ante annos plurimos, cum vertereramus Danieli, has visiones obolo prænotauimus. Et miror quosdam μεμψύμοις indignari mibi, quasi ego decurtae verum librum, cum et Origenes et Eusebius et Apollinaris aliique Ecclesiastici Viri et Doctores Graeciae has, et dixi, visiones, non haberi a-  
pua**

## DISSERTATIO

*pud Ebraeos facieantur, nec se debere respondere Porphyrio pro  
bis, quae nullam scripturac sanctae auctoritatem praebant.*

VIII. Iam ad certiora ὀφιολατρείας documenta progressi-  
suri ad Aegyptios animum conuertimus. Sane Aegyptiis, qui  
ramen mortalium sapientissimi videri volebant, innumera θε-  
λύγματα atque turpitudines imputari satis notum est. Certe  
vixisse apud illos omnigenum Deorum monstra multi te-  
stantur. Vnde Iuuinalis:

*Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens  
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat  
Pars haec, illa pauet saturam serpentibus Ibin.  
Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci.  
Dimidio magicae resonantib; Memnonē chordae,  
Atque versus Thebe centum iacet obruta portis,  
Illic caeruleos. hic pīscem fluminis, illic  
Oppida tota canem venerantur.*

Quamvis alii Aegyptios hac in parte excusantes, eorum Theologia  
minime tam ineptam censi debere, quam prima fronte vi-  
deatur, contendant; siquidem Plutarchus Chaeroneensis scriptor  
πολυμαθεστατός et rituum Aegyptiorum non imperitus, de reli-  
giosis eorum institutis asserat, *in sacris eorum operationibus nihil  
esse ἄλλον, ἃδε μιθῶδες ἃδε ὑπὸ δεικνυοντες, a ratione alienum,  
nihil fabulosum nihil a superstitione profectum (ut nonnulli censent), sed  
alia habere morales vietasque causas; alia vero experientia non esse ele-  
gantiae cuiusdam, aut Historicae aut naturalis.* Sed quoquo modo  
haec res sepe habeat, nos in praefenti dispiciemus, qualis ser-  
pentum cultus apud Aegyptios obtinuerit. Serpentes igitur  
ab Aegyptiis cultos, testis etiam Herodotus in Euterpe, vbi  
vit serpentes circa Thebas sacros fuisse, quos etiam defunctos  
in Iouis, cui Deo sacri erant, templo sepeliebant. εἰσὶ δέ, in-  
quit, περὶ Θήβας Ἱεροὶ ὄφες, ἀθρώπων ἐδειπόντι λημνονεσί μεγά-  
θει ἔντες μηροί, δύο κέρατα Φερέστα ἐξ ἀκην τῆς περιφε-  
ρᾶς. τέσσερα διάνοντας δάπτεσθαι ἐν τῷ ιερῷ τῷ Διοῖς. Aspides ve-  
ro prae aliis Aegyptiis vehementer in honore fuisse, ex Phy-  
lacho testatur Aelianus: Φύλαρχος ἐν τῇ ι.β. ὑπὲρ τῶν Ἀργυρί-  
νιμαλ c. 5. ων ασπίδαν ἀδει τοιαῦτα. τιμαῖσι διοῖς οὐτας ικεψας καὶ ἐπει-  
ταύ-

Plutarch. de  
Iude p. 353.

Herodot. l. 2.  
p.m. 74.

I. XVII. de A-  
rachno testatur Aelianus:

DE OΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑΙ.

17

ταῦτης τῆς τιμῆς ἡμερωτάτας καὶ χερσοῖς γίνεσθαι τὰς ἐν τῆς τροφῆς πεπωλευμένους. τοῖς παιδίοις ἢν συλλεφομένας μηδὲν αὐτὸν καὶ παλεύμενας δέ, ἔξερπται τῶν Φωλεῶν, καὶ σφινκτόδαγκα. κλῆτοι δέ αὐτῶν ὁ τῶν δοκιύλων ἐσὶ κρότος. *Phylarchus libro duodecimo in vulgus edidit, Aspides ab Aegyptiis vehementer colit, eosdem que ex eo cultu prorsus mansuscere, ciboque cicures fieri: neque simul cum pueris infantiibus viuentes eis quippiam nocere: et vero appellatas excusis prodire, atque ad appellantem accedere: digitorum autem crepitū vocantur.* Legi quoque merentur, quae de hospitalitate Aegyptiorum in Aspidum nationem ibidem commemorantur. Idem Aelianus memoriae prodidit alibi, genus quoddam Aspidis, quam Aegyptii Thermuthin I. X. de animali. vocabant, iis in summa veneratione fuisse, eaque tan- natura c. 31. quam regio quodam diadematē Iridos simulacula coronasse. τὴν δὲ Θέρμεων ἀσπίδα, sunt verba eius, ἡ ὄνομα ἔθνος Αιγύπτιοι τεττο, ἵερος εἴσις Φασοί, καὶ σύβοσιν ἀντην ἡ ἐκεῖθι. καὶ τῆς Ισιδοροῦ σύγιλματα ἀναδέστι ταῦτη, ὡς την διαδήματι Βασιλεών. λέγεσθαι δέ αὐτην ἐπὶ δηλήσται τῶν ἀνθεώπων καὶ βλάψη μηδ φίνει ἐκεῖνο. δὲ τερατεύονται Φέρεδαμ μὲν αὐτην τῶν ὥγαθῶν, τες δὲ αὔσεβεντος ἀποκτηνόντων. εἰ δὲ ταῦτα θτω ἔχει, τε παντος ἀνὴρ δικη τημόσιο την δι την ἀσπίδα τημορθεσαν αὐτην, καὶ ὄρφων ὁζύτερον. οἱ δὲ ἐπιλέγεσθαι ὅτι ἡ Ισις τοῖς τε μέγιστα πλημμελήσασιν ἐπιπέπτει ταῦτη. λέγεσθαι δέ αὐτην καὶ Αιγύπτιοι μόνον ἀσπίδαν ἀδιανέστην εἶναι, ἐκειδέσθαι γένη καὶ διερρόστητας τε δέ τε γάρ ταλέγοντες. εἰ δέ τοις ἱεροῖς, ὡς αὐτοὶ Φασοί, καθ' ἐκάστην γαλακταλόμος τηνδε καὶ σηκωδεῖς ὑποδρομοῖς ἐξικοδομεῖτες, εἴτα μὲν τοιθεμαδις εἰσώμενοι, στέρες μόχευοι Βορεὸν παρατίθεντες ἐν διεσημάτον. *Aspidis genus unum Thermuthin Aegyptii nominant, banc sacram esse aiunt, et summa religione colunt, itaque ea Iridis simulacra tanquam regio quodam diadematē coronant.* Eundem in perniciem hominum natam esse negant. *Enimvero comminiscuntur eam se a probis abstinere: contra vero impiis necem afferre. Quod si ita est, iustitiam uniuersi dixeris hanc feram honorare, ut quae a ceremonia intellectus bonum a malo discernat, et tanquam illius ministra ac vindex in malos animaduertat. Addunt aliū Iridem sceleratissimis hominum eam immittere. Hanc quoque solam in hoc genere immortalē esse.*

C

Aegy-

*Aegyptii referunt, qui Aspidum genus in sedecim species dividunt. In sacris igitur aedibus ad unumquemque angulum subterranea aacula ex aedificant, ubi sane Thermuthidi habitanti bubulum adipem edendum inter uallis quibusdam obiciunt. Quae si reuera ita fese habent, quemadmodum Aelianus tradidit, peculiare omnino genus aspidum, id quod ipse innuere videtur, fuerit necesse est, siquidem alii scriptores nos doceant, Aegyptios varia animalia vel ob hanc rationem coluisse, quod contra aspidum aliorum-*

**De Nat. Deor.** que serpentium morsus vtilia fuerint. Sic enim Cicero: *Aegyptii, inquit, nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conseruauerunt. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, cum sint aues excelsae, erubibus rigidis, corneo proceroque rostro: auertunt pestem ab Aegypto, cum volucres angues ex vastitate Libye vento Africo inuenias interficiunt atque consumunt; ex quo si vi illae nec morsu viuiae noceant, nec odore mortuae. Quam itidem ra-*

**Bibl. Hist. I. I. & II.** *tionem de ibidis nec non felis cultu allegat Diodorus Siculus, nam de posteriore dicit: οὐ τὸν μὲν αἰλεγον πέρος τε τὸς ασπιδας θεάσιμα δεκτά εἴθετον ὑπάρχειν, οὐ τὰλας δόκεται τὰς ἐρπέτων, de priori autem ita loquitur: τὸν δὲ ὄφεων τὴν μὲν ιβην χειρισμὸν ὑπάρχειν πέρος τε τὸς ὄφεων οὐ τὰς ασπιδας, οὐ τὰς καμπάς. Ac praeter Diodorum Siculum nec non Herodotum*

**Iuuenal. Sat. XV.** *in Euterpe, Iuuenalis quoque de Ibide sic canit. Illa paueat saturam serpentibus Ibin. Vbi cius Scholiafest: Ibin propterea Aegyptii collunt, quod illi naturale cum serpentibus bellum est. Nam cum Aegyptium Nilus etiam serpentibus inundauerit; illa eos omnes deuorat simul et aspides. Qua de re Plinius quoque testimonium perhibet:*

**Plin. I. X. Hist. nat. c. 28. libr. XXI.** *Inuocans inquiens, et Aegyptii ibes suas contra serpentium aduentum et Ammianus Marcellinus: Inter Aegyptias aues, quarum varietas nullo compreendi numero potest, ibi's sacra est et amabilis, et innocua, ideo quod nuditus suis ad cibum suggestens oua serpentum, efficit ut rarescant mortiferae pestes absumpiae. Haec tenus igitur commemorata de cultu serpentum apud Aegyptios, nec non odio ipsorum erga eosdem et religiosa veneratione, qua alia animalia naturali et capitali iniicitia a serpentibus dissidentia prosequuntur, ita quoque inter se conciliari possent. Nimirum ex veterum monumentis constat, non omnes Aegyptios eadem animalia adorasse.*

## DE OΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑ

19

rafse. Evidem omnes in cultu Apis et aliarum, quarundam bestiarum consentiebant, sed quoad cultum multorum animalium omnino a se inuicem dissidebant. Praeter Diodorum Siculum testantem, saepe inter Aegyptios propter diuersum brutorum animantium cultum bella conflata fuisse, disertis verbis idem docet Strabo: τινὸς τῶν Σέων, inquit, ἀπόντες κοινὴ τιμῶσιν Αἰγαίον μὲν τρία, βέβη, κύνα, αἴλερον. τὸν δὲ πληνὸν δύο, οἴραντες, καὶ ιὔν. τῶν δὲ ἐνύδρων δύο, λεπιδοτὸν ἰχθύν, καὶ ὁζύρυγχον. ἄλλα δὲ ἐσὶν, ἡ τιμῶσι καὶ ἔσαντες ἕκαστοι, καθάπερ Σείται προβάτων, καὶ Θηβαῖτεν. λάτον δὲ τὸν ἐν τῇ Νεῖλῷ τινα ἰχθύν, λατοπολίται. λύκον Λυκοπολίται. μηνοφαλον δὲ Ερμοπολίται. καίπον δὲ Βαθυλώνιοι εἰς ποτα Μέμφι. ἐσὶ δὲ οἱ καίποτε μὲν πρόσωπον ἔκαστος Σατύρου, τ' ἄλλα δὲ κυνὸς, καὶ ἄλλα μεταξύ. γενέτας δὲ ἐν Αιθιοπίᾳ. σειτὸν δὲ Θηβαῖον, λέοντα δὲ Λεοντοπολίται, τίγρης δὲ καὶ τρέφαν Μενδίσιον, μυγάλην δὲ Αθριβίται. ἄλλος δὲ κάτω τι. τὰς δὲ αἰτίας ἐχ' ὄμολογεμένας λέγεται. Ex quibus satis patet, quorundam animantium cultum vniuersis Aegyptiis communem fuisse, quorundam etiam quibusdam tantum ciuitatibus usurpatum. Adeoque quoad cultum serpentum res omnino eadem ratione se habere potuit.

IX. Prius quam cultum serpentum apud Aegyptios visitatum relinquamus, hac de re istud adhuc obseruare operae pretium fuerit: sapientiores inter Aegyptios neutiquam ipsos serpentes vel alia bruta animantia religiose coluisse, quin potius ea pro symbolis Deorum atque diuinitatis habuisse. qua ratione Indis quoque, serpentem, ut Numinis symbolum, cultum fuisse scribit Maximus Tyrius Dissert. 38. Neminem enim, qui Theologiam Paganorum vel primis gustauit labris, praeterit, quod vnicuique Deorum certum animal consecratum fuerit. Columba dicata erat Veneri, Draco et nocturna Mineruae, Pauones Iunoni, aquila Ioui, Gallus Aesculapio et Soli. Et haec ipsa origo θρησκείας Aegyptiacae fuisse videtur. Nimirum Aegyptii quoque Diis suis certa animalia tanquam ipsorum symbola assignasse videntur. Haec introducta fuerunt in templum, quemadmodum imagines in Ecclesiam Christianam, et successu temporis vtrisque honos adorationis habitus fuit. Sanc Herodotus de hisce in Euterpe

C 2

ani-P.m. 72.

animalibus Diis sacris agens: νόμον δὲ ἐστι περὶ τῶν θηρίων ὡς  
ἔχων. μελεδωνοὶ αποδεδέχονται τῆς τροφῆς χωρὶς ἔνεστον, καὶ ἐγ-  
σενες καὶ θύλευ τῶν Ἀργυρίων, τῶν πάσι παρὰ πατέρος ἐνδέκε-  
ται τὴν τιμὴν. οἱ δὲ ἐν τῇσι πόλισι ἔνεστον ἔνχος τές δὲ σφι αἴ-  
τοτελέσσονται εὐχήμενοι τῷ Θεῷ τῷ ἀνὴρ τὸ θηρίον. Consuerundo, quae de  
bestiis est ita habet: Eas sensim singulas educandi curam Aegyptii at-  
que Aegyptiacae suscipiunt: in quo honore filius Patri succedit. His be-  
stii omnes, qui in urbibus sunt, vota personantur, supplicantes illi DEO,  
cuius illa bestia est. Ex quibus ultimis verbis satis appetat, ipsam  
bestiam non instar Dei, sed eum symbolum Dei, cui consecrata fue-  
rat, adoratam esse. Hinc etiam Clem. Alexandrinus dicit, Aegy-  
ptios ibidem et ichneumonem considerasse tanquam statuas De-  
orum id est eum Deorum symbola. Eandem rationem Ζωολόγειον  
redit Isaacus Abarbanel, dum dicit: veteres Idololatras coluisse  
animāl aliquod existimantes, ei inesse spiritualem virtutem a supe-  
rioribus. Et sane si creature diuinitatem et virtutes spirituales re-  
praesentare deberent, animalia huic instituto aptiora viderentur,  
vtpote vita, motu atque sensu instructa, qua ex parte omnino  
multo magis virtutes diuinias referunt, quam simulacra aurea,  
argentea, lignea vel lapidea omnibus hisce qualitatibus destituta  
et nil aliud quam extensam et brutam molem, quae ex se moueri  
non potest, exhibentia; in quam sententiam reēte omnino Socrati-  
tes iudicasse fertur, hirco suo plus inesse diuinitatis, quam statu-  
is, quae ab Atheniensibus diuino afficerent cultu, quamvis hoc  
deterio in magnam ciuium suorum inuidiam incurrerit. Quod  
itaque in specie ad serpentem attinet, omnino eum maxime ve-  
nerabile symbolum religionis Aegyptiacae fuisse, satis certum est;

Proteptic,  
adv. Gentes.

Abarb. in dis-  
sert. de variis  
idolatriacis  
speciebus a  
Bux. latine  
verba.

Plutarch. de  
Iside et Osir.  
p. 380.

Euseb. I, I.  
praeparat.  
c. xl.

non solum Plutarchus hoc testatur: ἀσπίδα, inquiens, ἐτιμά-  
σσει, εἰνός τινας ἐντοῖς ἀμφεγές ὥσπερ ἐν σαργόν τηλε τῆς  
τῶν Θεῶν δυνάμεως κατιδόντες. Aspides in honore habent diuinæ  
potentiae imagines quasdam obscuras, sicut solis simulacra in fillis  
solent, conficiari. Verum etiam ex Patribus idem testantur Cle-  
mens Alexandrinus, Julius Firmicus, Iustinus Martyr et alii. Inpri-  
mis locus Eusebii hic commemorari meretur, ex quo iam supra  
audivimus, Dracorum naturam atque serpentum ipsum Taau-  
tum diuinam putasse et post ipsum etiam Phœnices atque Aegy-  
ptios:

## DE OΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑΙ.

21

ptios: τὴν μὲν ἐν τῇ Δρείκοντ<sup>ῷ</sup> φύσιν οὐχὶ τῶν Ὀφεων αὐτὸς ἔξεβάσατε ὁ Τάιντ<sup>ός</sup>, οὐ μετ' αὐτοῦ σὺνθισ Φοίνικες τε οὐχὶ Ἀγύρτιοι πνευματικώτατον γάρ τὸ ζῷον πάντων τὸν ἑρπετῶν οὐχὶ πυρῷς ὑπὸ αὐτῆς παρεδόθη, διὸ οὐχὶ ἐν ιεροῖς τὸ ζῷον οὐχὶ ἐν μυστήσιοις συμπαρεδέλησθαι. εἰσηται δὲ ύμνιν περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ἐπιγραφοῦσιν διάθειν ὑπομνήμασιν ἐπιπλεῖν. εἰνὶ δὲ κατακενοῦσθαι, οὐτὶ αθύναστον εἴη, οὐχὶ ἐις ἄστον αἰναλίτειν, ὡσπερ προκειταιρεῖ γάρ θνήτους ὅδιον θεανάτω εἰ μὴ βασι τῷ πληγεὶ τέτο τὸ ζῷον. Φοίνικες δὲ αὐτὸν ἀγαθὸν δείμανον καλέσθων. ἐρωτῶς Ἀγύρτιοι Κυηφ ἐπονομάζεται. προστίθεσται δὲ φωτῷ ἱέσαι<sup>ῷ</sup> κεφαλὴν, οὐδὲ τὸ προσκήπιον τῇ ἱέσαι<sup>ῷ</sup>. οὐχὶ φροντὶ Ἐπήνεας ἀληγορῶν, ὁ δυναμοδεῖς πάσι αὐτοῖς μέγιστος ιεροφάντης, οὐχὶ ιερογεννηματεύς, οὐ μετέφραστεν εἰς ἐμάστη Φωνὴν Λαει<sup>ῷ</sup> Ήρακλεοπολίτης. κατὰ λέξιν επων. τὸ πρώτου ὃν θεάστατον ὅφις ἐξὶν ἱέσαι<sup>ῷ</sup> ἔχων μορφὴν. ἀγαν ἐπίκλησις οὐκ παρὰ Φωνίκων δει καὶ Φερεκύδης λαβὼν ταῖς αἱρομαῖς ἔθελογητε περὶ τῷ παῖδι ψάτῳ λεγομένῳ Οφιονέως Θεῷ, οὐκ τὸν Οφιωνῶν περὶ ὃν σύνθισ λέξουμεν. Ετι μὴν ὁ Ἀγύρτιοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοεῖς τὸν κόσμον γεράφοτες, περιφερεῖ κύκλον ἀεροεῳδῆ οὐκ πηραπτὸν Χαράσσεται, οὐ μέσον τεταμένον ὅφιν ιεροκόμος Φον. οὐχ ἐσὶ τὸ πᾶν ζῆμα, ὡς τὸ παῖδι ἥμιν Θήτα. τὸν μὲν κύκλον, κόσμον μηνίστετε, τὸν δὲ μέσον, ὃ φιν συνειδίκειν τέτον, σύγχοδον δείμανον σημανοῦσε. i.e. Ιαλυτος quidem *Draconis serpentiumque naturae diuinitatem aliquam tribuebat*, quatenus opinionem *Phoenices et Aegyptii postea comprobaverunt*. *Enimvero genus hoc animantis prae cunctis reptilibus vi et copia spiritus abundare docet, eiusque naturam igneam esse*. *Id quod in causa fuit eur hoc animantium genus in sacris pariter aique mysteriis adhiberi soleret*. *De hoc autem in Commentariis, quos Ethothia inscripsimus, pluribus a nobis disputatum est, ubi ipsum immortale esse, et inse se denuo, quemadmodum antea dicebam, resoluti demonstrauimus*. *Nec enim huiusmodi animal, nisi vi quadam percussum ante fuerit, morte naturali extinguitur*. *Atque illud quidem Phoenices bonum Daemonem, Aegyptii vero Cnebum similiter nuncupant, eidemque caput Accipitris ob praecipitam quandam huius volucris agendi vim addiderunt*. *Quin etiam Epeis ille, qui summus ab iis sacrorum interpres et scriba nominatur, quenque Arius Heraclopolites Graeca lingua donauit, sic ad verbum allegorice rem ifam expon-*

## DISSERTATIO

exposuit, *Vnus omnium maxime diuinus erat serpens ille, qui Accipitris formam prae se ferebat, idemque aspectu iucundissimus &c.* Pherecydes autem, occasione ex Phoenicibus arrepta, theologicam de illo Numine quod Ophionem ipse nuncupat, deque Ophionidis instituit disputationem; nos autem de illis aliquid etiam possea subiiciemus. Ceterum Aegyptii mundum eodem consilio depingentes, rotundum circulum aëro colore, flammisque sparsum exprimunt, cuius in medio serpens extensus Accipitris forma collocatur. Ac tota quidem figura Graeco Tibet a persimilis est, ita animirum ut circulo mundum exhibeant, serpente autem medio illum virinque coniungente, bonum Daemonem significant. Quac singula haec tenus commemorata Zoroalrem quoque Magum in sacro Perficorum rituum Commentario totidem verbis enarrare itidem Eusebius loco allegato testatur. Manifestum igitur est, quod cum hic serpens representaret genium mundi, et Ispiritum hanc mundi machinam animantem, necessario fuerit symbolum Dei Conseruatoris et Creatoris huius uniuersi. vnde horrenda Daemonis audacia satis elucescit, siquidem huiusmodi figuram Deo tribuere non dubitauerit, quam ipse ad bellum Deo inferendum mutuatus fuerat. Ceterum illum Taautum, cuius Sanchoniaton tam saepe mentionem facit, eundem cum Mose esse, ingeniosa est Huetii conjectura, siquidem Aegypti Regem ac literarum primum repertorem fuisse Taautum, eundemque Cosmogonianum composuisse, et primum, quae ad Dei pertinerent cultum, retulisse in literas, memoriae proditum fuerit, quae quidem omnia quam optime ad Mosen accommodari posse per se patet, et pluribus ostendit iam laudatus Huetius. Adeoque a verosimilitudine non abhorret, partem huius Theologiae Aegyptiacae, iuxta quam Taautus serpentibus diuinitatem quandam adscriptisse prohibetur, ex historia Mosis serpentem aeneum mirifica quadam et diuina vi pollentem palam proponentis originem traxisse.

X. Sed haec sufficient de cultu serpentum apud Aegyptios visitato. ab Aegyptiis autem ad Graecos οφιλαλεῖα transiisse videtur. Hic igitur primo obseruamus, serpentes apud Graecos ad auguria maximopere adhibitos fuisse. quemadmodum in Heraeo quoque scripturae textu vocem ωητα, quam a serpentibus duci

Huetius in  
Dem. Ev. Prop.  
IV. c. 3. §. 2.  
p. 100.

ducī manifestū est, ad auguria referunt plerique interpres. Hinc Leuit. 19. v. 26. לְנַרְשׁן Graeci reddunt, ἀν διωνεῖδη et Vulgatus, non augur abimini. Vnde vox Hebraea proprie ὄφιολατρέας seu diuinationem ex serpentibus ductam significare, deinceps vero ad alias quoque diuinationis species translatā esse videatur. et consimili ratione Graeca vox Hebraeam referens usurpata fuit, sic enim apud Hesychium: διωνοί, non modo sunt eae aues, a quibus petuntur auspicia, sed et ὄφεις serpentes et διωνός est ὄφεις serpens. ἐπικούρος γάρ λέγετο, εἰς τὰς μανίας τὰς ὄφεις ἔχειν. οὐ καὶ διωνός ἔλεγον. Serpentes enim ad auguria habere recte dicitur, quos etiam διωνές vocabant. Cuius quidem ὄφιολατρέας apud Graecos plurima exempla legimus. Sic verbi gratia Calchas, viso dracone, qui octo passeris cum matre deuorauit, belli Troiani annos auguratus est. et Aeneidos l. 5. anguis, qui ad Homer. II. 2. Anchisae tumulum:

*Septem ingens gyros, septena volumina traxit.*  
 Septem illis gyris, auctore Seruio, Aeneae sui erroris omen ostendit. Erroris enim finis fuit illi septimus annus. Nec solum ex serpentibus auguria captabantur, verum, etiam ipsa veteribus crediti sunt inspirare vaticinandi peritiam. Vnde fabula nata est de Priami liberis, Heleno et Cassandra, quos in Thymbræi Apollinis fano dormientes referunt, ταῖς τῶν ὄφεων γλάστραις τέρπεις τῶν αἰδηθήσιων πολαιρούντες. τῆς μανίας ἔτω μελαλαβῇ, cum illis angues meatus sensuum linguis suis expurgassent, diuinandi scientiam esse consecutos. quemadmodum refert Anticlides apud Homeri scholiastem in Iliad. 7. Et de iisdem Euripidis scholiastes in Hæcubam: Ελθόντες ὄφεις καὶ τὰς εὐλόγους περιελέγχοντες ωτο, ἔτως ὅξυνες ἐργάσαντο, ὡς μόνες τὰς τῶν Θεῶν ἀκέντεις βολές, καὶ μανίας ἀngues ἐνοψ. Serpentes cum accessissent, et eorum aures circumlinxissent, auditum ita exacerbunt, ut Deorum consilia soli audirent, et vates essent præstantissimi. Cui simile est quod de Melampode referunt multi scriptores, dracones eius aures lambendo, sermonis aurum intellectum illi dedisse. Id quod pari superstitione crediti sunt itidem consequi qui draconis carnes ederent. Sic enim apud Philostratum Parcae in India urbis incoleae leguntur: ξώων ξυνίεντος Φθεγγομένων, καὶ βελομένων, σπέμενοι δέκοντο. Philostr. de vita Apoll. I. 3. c. 3. 61

οἱ μὲν καρδίαι, οἱ δὲ ἦπας. animalium voces et mentem intelligere, postquam alii cor draconis, alii hepar comedent. Quod ipsum de Arabibus idem asserit I. i. c. 14. Vnde Eusebius in Hieroclem. l. i. Συμβάλλοντες δὲ τῶν ἀλόγων, σιτέμενοι τῶν Δρακόντων οἱ μὲν καρδίαι, Φασίν, οἱ δὲ ἦπας. Brutus intelligunt, draconum autem cor, alii incur depasti. Atque hinc colligit, Apollonium, quamuis ut Pythagoras ab esu carnium abstinuerit, δρακόντων καρδίας δίπτε, νοῆ ἥπας, ἀπογεύσαծας, οὐ δὲ καὶ τῆς παρὰ τετοιος σφρας ηνωνται draconum cor et hepar alicubi degustasse, ut eorum sapientiae particeps ita fieret. Quo itidem referendum quod Vatum antiquissimus Ophion dictus est, id est שָׁׁמְןָ Augur. Quin auguriorum praefidem Deum credunt Graeci veteres serpentis forma coluisse, ac proinde Pythium et Pythonem dictum, quia פֶּתֶן Hebrews est serpentis species. Quid? quod Python Mosis est בֵּין voce ab Aegyptiis sumta, quibus obiam hodieque serpentem sonat, vti ex Kircheri nomenclatore perspici potest.

XI. Ex hac tenus dictis satis appareat, Graecos aliquid diuini serpentibus tribuisse et propterea quoque Deos suos serpentis forma coluisse, cuius rei iam plura documenta afferre lubet. Iustinus igitur Martyr testatur, apud quemque eorum, qui a Graecis censabantur, Deorum, serpentem veluti symbolum magnum atque mysterium pingi: νοῆ παρὰ παντὶ τῷ νομοχούμενῳ παράγοντι Θεῷ, ὃς σύμβολον μέγα νοῆ μυστηρίου ἀναγράφεται. Sic etiam Genii tutelares ciuitatum aliorumque locorum forma serpentum adorabantur, quemadmodum Isidorus testatur. Et duo serpentes pīchi in atrio alicuius loci indicabant, eum Heroidam sive Deo consecratum esse, id quod Persius significare videtur:

Hic rēto quisquam faxit oletum,  
Pingē duos angues: pueri, sacer est locus: extra  
Meiite

Quibus verbis apponi iubetur indicium loci consecrati Deum vol heroum alicui, cuius rei symbolum vti iam diximus apud veteres erat anguis. Hinc quoque Aristophanes in Pluto: ἔγειρν ἐν δύο δράκοντ' ἐν τῇ ψεψῃ, vbi scholastæ ita commentatur

Justin. Mart.  
in Apolog. II,  
pro Christ.  
p.m. 71.  
Isidor. Orig.  
l. 12. c. 4.

tatur, πονῶσι πᾶσι τοῖς ἥρωσι δρόκοις παρετίθεντο. Genii quoque per anguem ex veterum superstitione saepe apparuerunt. Ita Virgilius de angue ex Anchisae tumulo proserpente:

Dixerat haec: adytis cum lubricus anguis ab imis  
*Septem ingens gyros, septena volumina traxit,*  
*Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras:*  
*Caeruleae cui terga notae, maculosis et auro*  
*Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcue*  
*Mille trahit varios adverso sole colores.*  
*Obstupuit visu Aeneas: ille agmine longo*  
*Tandem inter pateras et leuia pocula serpens,*  
*Libauitque dapes, rursusque immoxius imo*  
*Successit tumulo, et depausta altaria liquit,*  
*Hoc magis inceptor genitoris instaurat honores,*  
*Incertus geniumne loci, famulum ne parentis*  
*Esse putet.*

Imo et in historiis est, Deos illos stercoreos saepe sub habitu et forma Draconum cum foeminis congressos; sic Olympiadē ex Ioue Hammone Alexandrum: sic Acciam ex Apolline Augustum concepisse, sic satum Scipionem Africanum, Galerium Armentarium et alios, autores sunt Plutarch, in Alex. Suetonius in Augusto, Gellius et Aurelius Victor in Galerio. Quin Gellius l. VII. etiam ipse Iupiter in draconem mutatus filiam ex matre Cerere c. i. suscepit compressissime fingitur, ex quo concubitu taurus genitus Arnob. adu. fuerit. Cum euim verueceus Iupiter, inquit Arnobius, Proserpinam Gentes l. V. p. filiam suam ex matre Cerere natam, validam, floridam et succi esse conspiceret plenioris, oblitus paulo ante quid malorum et sceleris esset aggressus, et temeritatis quantum, reddit ad priores actus, et quia nefarium videbatur satis, patrem cum filia communis uxoria conjugatione misceris, in draconis terribilem formam migrat: ingenibus spiritu paucis factam colligat virginem, et sub obtenu fero molissimi ludit atque adulatur amplexibus. Fit vt et ipsa de semine fortissimi compleatur Iouis, sed non eadem conditione, qua mater: nam illa filiam reddidit lineamentis descriptam suis: at ex parte virginis tauri species fusca, Iouialis monumenta pellaciae. Autorem aliquis desiderabit rei? tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens: taurus Draconem genuit, et tau-

## DISSERTATIO

rum Draco. Cuius fabulae iisdem fere verbis meminit Clemens Alexandrinus et Iulius Firmicus, cuius verba audire operae pretium fuerit: *Sequitur adhuc aliud Symbolum, quod pro magnō miserorum hominum credulis auribus traditur, ταῦς δέκατον καὶ δέκατη τελές πατήσ.* Aliquando nobis signa, Diabolo, maculati nominis prodidisti, aliquando infame nomen propria voce confessus es. Scio qui fueris, quid ausus sis, scio quid fecerit scelerum tuorum malitiosa persuasio. Hoc erat, quod Evaē, cum eam perderes, magnopere pollicebaris, cum ei diceres. Eritis quasi Dii. Tunc parabas tibi ac tuis templo et delubra faciebas et venenatis oris illumiū nefariis ceremoniis consecrabis. serpis in templis et occisorum hostiarum misero pasceris sanguine. Nec venenis tuis crux defuit, nec semiustae crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti. Et sacrificaris (legendum videtur Latiaris) templi cruento, vel ara Carthaginis rabies tua, et fiscarum faucium venena nutritia sunt etc. Fugite o miseri homines fugite, et contagionem istam quantacunque potestis celeritate deferite. DRACO est, qui colitur. Latere non potest, proprietatem nominis sui ipse confessus est. Confessum reum poena consequitur. Audite quid sanctus propheta diuina instigatione denunciet. Oraculum hoc Esaiæ nobis fides tradidit; ait enim; In illa die superinducet Deus gladium sanctum et magnum, et fortem super Draconem, serpentem magnum et tortuosum et interficiet Draconem. Voluntas Dei perfectio operis substantia est. Bene Draconis lata sententia est: quicquid Deus dixit, factum est, morituri Draconis hoc solarium est, ut existum suum frequens perditorum turba comitetur. si mortis eius dies quaeritur, tunc percussus est, cum hominem Deum vidi, cumque nobis Christi numen apparuit. Post illum diem, qui serpentis huius secutus fuerit inservium, necesse est, ut cum serpente moriatur. Ex hac vero Iouis libidine filiam Proserpinam sub Draconis forma yitiantis ipsa sacra et ritus initiationis ipsius, quibus Sabadi in Protest, is nomen est, extiterunt: quibus aureus coluber, Anobio itidem teste loco ante citato, in sinum dimittitur consecratis, et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis. Id quod Clemens Alexandrinus quoque confirmat: Σαβαζίων γένει μυστη-

## DE OΦΙΟΛΑΤΡΙΑΙ

27

ων σύμβολον Τοῖς μυερένοις, ὁ διὰ κόλπων Θεός, δράσαντο δὲ ἐσὶν ἔται  
διελόμενος τῷ κόλπῳ τῷ λελέμενον, ἔκεχθρον αἰρεσίας Διος. et  
Iulius Firmicus, Sebazium colentes Iouem, inquit, anguem cum ini-  
tiantur per sinum ducunt, adhuc primi erroris vita grassantur et  
quicquid hominem perdidit, colitur et funestī anguis callida et mali-  
tiosa crudelitas adoratur. Inprimis vero apud Graecos cultus  
serpentum in sacris quoque Bacchi conspicuus erat. Cuius  
rei meminerunt Helychius, Plutarchus in vita Alexandri, Chal-  
cidius ad Timaeum, Euripides in Bacchis et Horatius l. II. ode.  
XIX. et inter Patres Christianos Clemens Alexandr. Eusebius,  
Arnobius et Iulius Firmicus. Enim Bachae orgia cele-  
brantes serpentibus coronatae clamare solitae fuerunt <sup>Evoe</sup> et  
simul monstrare serpentem. Sic Clemens, Διονύσιον Μαινόλην  
δργιάζει Βάκχοις αρφαργίᾳ τὴν ιερομανίαν ὅργοντες, καὶ τελόνεσσι  
τὸν πρεσβυτηρίον ἔργον (Sic enim ex iudicio Delsid. Heraldile-  
gendum, non τὸν Φόνον) ἀνετεμένοι τοῖς ὄφεσι ἐπολούχοντες  
Ἐνον ἐκείνην, διὰ τὴν πλάσιν παρεπολέθησε, καὶ ὁ θάνατος ἐπικο-  
λόθησε. καὶ σημεῖον ὀργίου Βακχικῶν "Οφίς ἐστὶ τελεσμένος, αὐτί-  
κα γένη καὶ τὴν ἑαυτὴν τὸν Εβρέσιον Φωνήν, τὸ ἔνομα τὸ ΕΥαδανυ-  
νόμενον ἐμπνεύσεις ὁ φίς θύλαξ. Quae Arnobius his verbis re-  
censet: Bachanalia praetermittamus immania, quibus nomen Omo-  
phagiis Graecum est: in quibus furore mentito et sequestrata peccato-  
ris sanitate circumPLICatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei  
numine ac Maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentis  
oribus dissipatis. Hos serpentes initii sacros teste Suida πα-  
γέας vocabant, et sunt mansueti, nec laedunt homines. Hinc  
Demosthenes de Corona: Ιὲς ὄφεις Ιὲς παρέας θλιβών, καὶ ὑ-  
πὲρ τῆς πεφαλῆς αἰωρῶν, καὶ βοῶν εὐοι, ταῦτοι. Dari enim hu-  
iusmodi serpentes innoxios et veneni expertes, quin etiam singu-  
lari prorsus φιλαθρωπίᾳ tum erga mulieres tum pueros praedi-  
tos, multorum testimonii atque exemplis probat Doctissimus Vossius de Orati-  
oν, gine et progra-  
Vossius, et ex eo, quod in hominum etiam lectos se recipiant. idololatri. l. IV.  
innoxii, fabulosilli Olympiadis et aliarum congressus, quorum  
supra mentionem iniecumis, ortum traxisse videntur. Hoc uni-  
cum, prius quam cultum apud Graecos visitatum mittamus, ob-  
seruare licet, quod serpens non tantum Ioui Sabazio (quod  
D 2  
nomen

## DISSER TATIO

nomēn a diuino cognomento **אֶלְעָזָר צָבָאֹת** Saubertus et alii deri-  
uare volunt, sed et aliis Dīis sacer fuerit Δεσμαν δεσμευεν. inquit  
Saubert. de sacrificie c.  
XI V. p. 293.  
**Artemid. Onir.**  
l. 2. c. 13.  
Artemidorus. σημάνεις καὶ Θεὸς πάσις, οἷς ἐστιν ιεροῖς, εἴναι δὲ  
ἔσθε. Ζεὺς Σαβάζιος, ἥλιος, Διμήτρης, καὶ νόσον, Εγκέρνη, Αστρά-  
πη, Ἡγεως, serpens visus significat etiam Deos omnes quibus sacer-  
tū: sunt autem hi; Iupiter Sabazius, sol, Ceres et Proserpina, He-  
cate, Aesculapius et Heroes.

Arnob. adv.  
Gent. l. VII.

XII. Iam a Graecis ad Romanos progredimur, apud quos  
Aesculapius serpentis figura colebatur, qui et ei sacer erat teste  
Arnobio. Et prope templum eius, in quo valetudinis recu-  
perandae causa cubabant aegroti, in insula Tiberina nauis erat  
praelonga ex Thasio lapide, cuius insigne erat caput tauri, a  
latere simulacrum serpentis, ut refert Fab. in Rom. c. IX. quia  
nempe medicum anguium more oporteat esse circumspe-  
ctum. Addunt alii quoniam in hieroglyphicis serpentis pictura  
pro bona fortuna ac salute sumitur, quod itidem ex historia ser-  
pentis aenei a Mose erexit salutiferi ortum videtur. Alii di-  
cunt, ad Aesculapii, Glaucum ut sanaret coacti, et id in loco  
secreto meditantis bacillum, quem manu tenebat, anguem ad-  
repisse; quem vbi illi commotus bacillo percussum interfecis-  
set, alium anguem venisse, herbamque quam ore gerebat,  
capiti Aesculapii imposuisse et fugisse: qua ille Glaucum  
sanarit. Alii perhibent, Pariam serpentem igneo esse col-  
ore et accrimo oculorum visu, oreque laxo, unde mordendo  
nihil noceat, animo etiam mitissimo, ideoque Deorum huma-  
nitissimo Aesculapius consecratum. qua de re plura apud Gy-  
raldus T. I.  
Synt. VII.  
p. 234.  
Valer. Max.  
lib. c. 8. §. 2.

Gyraldus T. I.  
Synt. VII.  
p. 234.  
Valer. Max.  
lib. c. 8. §. 2.

est Aesculapit serpentis specie apparentis et luē saeuentē Epidauro Romanū accīti, urbemque diurna pestilentia liberantis,  
quam int̄ Vetēres Valerius Maximus in primis prolix & ac-  
curate recenset, cuius proinde verba audiamus: „Triennio con-  
tinuo vexata pestilentia civitas nostra, cum finem tanti, et  
tam diuturni mali, neque diuina misericordia neque humano  
auxilio imponi videret, cura facerdotum inspectis libris sibyl-  
linis animaduerit, non aliter pristinam recuperari salubritati-  
tem posse, quam si ab Epidauro Aesculapius esset arcessitus.

Itaque

Itaque eo legatis missis, vinicam fatalis remedii opem aucto-,,  
ritate sua ( quae iam in terris erat amplissima ) impetraturam,,  
se credidit: Neque eam opinio decepit: pari namque studio,,  
petitum, ac promissum est praefidum: e vestigioque Epidau-,,  
rii, Romanorum legatos in templum Aesculapii ( quod ab eo-,,  
rum vrbe quinque milibus passuum distat ) perductos, vt,,  
quicquid inde salubre patriae laturos se existimassent, pro suo,,  
jure fumerent, benignissime innitauerunt. Quorum tam prom-,,  
tam indulgentiam, numen ipsius Dei subsecutum, verba mor-,,  
taliū coelesti obsequio comprobauit. Siquidem is anguis,,  
quem Epidaurii raro, sed nunquam sine magno ipsorum bono,,  
visum, in modum Aesculapii venerati fuerunt, per urbis cele-,,  
berrimas partes, mitibus oculis, et leni tractu labi coepit, tri-,,  
duoque inter religiosam omnium admirationem conspectus,,  
haud dubiam praelate appetitiae clarioris sedis alacritatem ferens,,  
ad triremem Romanam perrexit, pauentibus inusitato specta-,,  
culo nautis, eo. confundit, vbi Q. Ogulnii legati tabernacu-,,  
lum erat, inque multiplicem orbem, per summam quietem est,,  
convolutus. Tum legati, perinde atque exoptatae rei com-,,  
potes expleta gratiarum actione, cultuque anguis a peritis ac-,,  
cepto, laeti inde soluerunt: ac prosperam emensi nauigatio-,,  
nem postquam Antium appulerunt, anguis, qui vbique in na-,,  
vilio remanserat, prolapsus in vestibulo Aedis Aesculapii, myr-,,  
to frequentibus ramis diffusa, supereminente excelsae alti-,,  
tudinis palmam circumdedit: perque tres dies positis, quibus,,  
vesci solebat, non sine magno metu legatorum, ne in triremem,,  
reuerti nollet, Antensis templi hospitio vsus, vrbi se nostrae,,  
advehendam restituit, atque in ripam Tiberis egressis legatis,,  
in insulam, vbi templum dicatum est, transnauit: aduentu-,,  
que suo tempestatem, cui remedio quaesitus erat, dispulit.,,  
Cuius historiae an fabulae, id quod iam in medio relinquimus,  
inter veteres Liuus quoque, Plinius, Plutarchus, aliique me-  
minerunt. Quae si reuera ita gesta fuerint, prout narrantur,  
hic serpens Aesculapii aeque ac Paradisiacus satana stipatus et  
Daemoniacus iste serpens fuerit necesse est, qui antesignanus  
exitit agminis ab diuinae meritis placo deficiens. Sic enim  
Stygius

Cyprian. de  
Vnit. Eccl. 23. Stygius ille cerastes larvatusque coluber *occultis accessibus*, ut cum Cypriano loquar, ytitur, *Ea enim semper eius est astutia, ea est circumueniendi hominis coeca et latebrosa fallacia, qua ab initio statim fefellit, et verbis mendacibus blandiens rudes animos incauta credulitate decepit.* Per serpentem virus malitiae suae in protoplastos emisit serpens infernalis, illud hac occasione exercuit tum temporis apud Romanos quoque, quorum *φιολαργέαν* vel hoc exemplo satis probatam dedimus.

I. Antiquit.  
Borussiae.

Exercit. 183.  
lect. II.

XIII. Non solum vero antiquis seculis Aegyptii, Graeci, et Romani aliquie de quibus hic usque adhuc fuit, serpentes diuino honore prosecuti sunt, sed et multo recentioribus ab aliis etiam gentibus eundem iis tributum legimus. Sic Erasmus Stella serpentes a Borussis pro Deo habitos scribit: *Nulla, inquit, eis sacra aliquandiu fuerit: tandem in eam deducti insaniam, ut serpentes, ferasque et arbores religiose colerent.* Sigismundus quoque L. Baro in Herbestein idem refert de Samogitis, Commentariis rerum Moscoviticarum, ubi tradit: *Samogithiae incolis serpentem esse pro Deo.* Et, *quid aduersi*, inquit, *illis accideret, serpentem, Deum domesticum, male acceptum et fatturatum esse credunt.* De Samogitis item I. Caesar Scaliger de subtilitate, contra Cardanum: *In Sarmatia, inquit, regio aut Rutenorium aut Rutenis proxima est, Samogitia.* In ea lacerti sesquipedie maiores, crassi, nigri: *quos incolae pro laribus colunt familiaribus, si quid accidit finistri: minus rite cultum numen suspicantur, aut deterioribus parcioribus acceptum epulis.* Itaque curant eum opera attentiore, qua se se ad res secundiores existimant exortaturos. Alexander quoque Guaginus in Sarmatia sui Europaea de Lituanis haec scribit: *Viperas atque serpentes Deos esse credebant, eisque cultum praecipuum exhibebant, et singuli patres-familias, ciues, coloni, et nobiles, singulos serpentes domi adseruare solebant, quos pro Penatibus et laribus familiaribus adorabant; laeque et gallos Gallinaceos eis immolabant; eratque inauspicatum et exitiabile toti familiae, quempiam ex eis violasse, ab honorasse, aut domi non fuisse.* Tales enim vel omnibus bonis priuabantur, vel crudeliter lacerati interibant. Vbi postrema verba parum differunt ab eo, quod Sigismundus L. Baro in com-

commentariis rerum Moscouiticarum antea iam memoratis, referunt  
 contigisse in Lithuania cuidam, qui serpentis cultum dereliquisset.  
*Cum, inquit, priori ex Moscouia iinere rediens in Troki venissim; referebat hospes meus, ad quem forte diuenteram, se eodem, quo tbi eram, anno ab eiusmodi quodam serpentis cultore aliquot aluearia apum emisse: quem cum oratione sua ad verum Christi cultum adduxisset, vique serpente, quem colebat, occideret, persuasisset; aliquanto post cum ad uisendas apes suas eo reuersus fuisset, hominem facie deformatum, ore aurum tenus miserabilem in modum diducto, offendit.* Tanti mali causam interrogatus respondit, se, quod serpenti, Deo suo, nefarias manus iniecisset, ad piaulum expiadum, luendamque poenam hac calamitatem puniri; multaque grauiora, si ad priores suos ritus non rediret, se pati oportere. Quae si reuera contigerint, quemadmodum omnino ea fieri posse nemo temere negauerit, omnino daemonem, cui maior potestas in regno idololatriæ tenebroso concessa videtur, hic partes suas agere minime dubitandum censeo, nisi forsitan cum Bekkerio eiusque coecis assertis omnem Daemonis operationem in corpora praefrate negare velimus, quem tamen errorum sane periculofissimum et vterius, quam prima fronte praeferre videbatur, tendentem toto peccatore detestamur. Interim his de cultu serpentum addere licet, quae M. Z. Boxhornius in Historia universalis, de Lithuanis et Samogitis serpentibus numinis instar collentibus, profert ex oculati gravissimique, ut eum vocat, testis Ioannis Meleti Epistola ad Georgium Sabinum, vbi praemissis quibusdam de ceterarum Sarmatiae gentium daemonum cultu ac idololatria mox subdit: *Praeterea Lituanii et Samogitiæ in domibus sub fornace, vel angulo vaporarii, vbi mensa est, serpentes fouent, quos numinis instar colentes, cerro anni tempore, precibus sacrificuli euocant ad mensam.* Hivero exeuntes per mundum linteolum descendunt, et super mensam assident. Vbi postquam singula fercula delibarunt, rursus descendunt, seque abundunt in cauernis. Serpentibus dignissimis, homines laeti fercula illa prægustata comedunt, ac sperant illo anno omnnia prospera sibi euentura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentibus, aut fercula super mensam posita non delibauerint, tum credunt se anno illo magnam subituros calamitatem. A Calecutensis quoque serpentibus coli tradit I. Caesar Scaliger Comment.

# DISSESSATION

32

c. XVIII. sect. in l. II. Aristotelis de historia animalium, *Lusitani*, inquit, *nauigatores serpentes prodidere in provincia Calecui vestissimo esse capite, porci maximi magnitudine: pro numine ab Rege coli.* Quin etiam Peruani, vt Iosephus Acosta Auctor est, coluere iridem, eamque effingere solent cum duobus a latere serpentibus, vnde apparet. Peruanis quoque serpentes fuisse symbolum diuinitatis.


XIV. In ipsius Ecclesiae gremio olim Ophiani vel Ophitae  
nati sunt a serpente sic dicti, quia ipsam  $\sigma\phi\lambda\gamma$  serpentem fa-  
ctam dixerunt, et serpentem illum, per quem Eua primum de-  
cepta est, colebant et adorabant, Diuinamque illi non  
modo vim et potentiam, sed naturam etiam atque essen-  
tiam tribuebant: et magnam serpentinae figurae vim esse in-  
de docere conabantur, quod et homines intestina in alio  
in spiras serpentum more conuoluta habeant, et Moses serpentem  
exaltarit in deserto, cuius adspicere isti ab aliis serpentibus sanaren-  
tur. Serpentem aliquem in spelunca nutriuerunt et venerati-  
sunt, a quo per magicas incantationes euocato et super altare


Iren. l. 1. adv. egresso oblationes suas sanctificari crediderunt. Haec et plura  
haeres c. 34 alia de Ophitis apud Irenaeum, Tertullianum, Epiphanius, Au-  
Tertullian. de gustinum legi possunt. In primis quoque Origenes multa lectu-  
praescript. c. 47. Epiphan. digna de Ophitis in medium afferit, quae iam ad finem prope-  
haeret. Au-  
gust. de haeres. rantes excrere nolumus, ex iis autem satis appareat: Ophita-  
rum Theologiam Aegyptiacae fuisse simillimam, ita ut potius  
c. 17. Origenes contra Celsum Magis quam Christianis annumerari debeant, ac ipse Origenes  
l. 6. p. 292. sqq. inter alia sectae huius auctorem Euphratem quempiam fuisse me-  
morat, et Ophianos Christianos esse negat, cum neminem in suum  
et l. 7. p. 358. sodalitium adseiscant, nisi prius Iesum excratus fuerit. in qua  
noua antiqui colubri Paradisiaci fraude in sui honorem et adorati-  
onem instituta iam subsistimus et Christo Seruatori nostro, qui  
serpents caput contriuit, et iustis concessit, vt Clementis Ale-  
xandrini verbis vtamur, ἐπέκεινον καὶ τῆς αὐτημένης σερπετᾶς, κυ-  
ρεύεν τε καὶ δειπόνων καὶ τῆς τε αὐτημένης σερπετᾶς,  
Strom.

S. D. G.

00 A 6280







A et Q.

D E

# ΟΦΙΟΛΑΤΡΕΙΑΙ

CONSENSV

INCLYTI PHILOSOPHORVM ORDINIS

P R A E S I D E  
M. PHILIPPO OLEARIO,

GRAEC. ET LATINAR. LITTERAR. P. P.

AD D. IX. DECEMB. CIO CICC XIII

PVBLINE DISSERET  
IO. FRIDERICVS STEINDORFF  
PH. BACC. CYGNEA MISNICVS.

L I P S I A E,  
LITTERIS IMMANVELIS TITII.

